

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

cialis inspiratio, sed de interiori dictamine rationis, quo sciuerunt antiqui patres q̄ pro multiplicatione generis humani licuerit habere plures vxores de voluntate principalis, vel de confuetudine super hoc obtenta: sicut enim lex naturalis nō est scripta in codice, sed impressa in mente, sic dictamen rationis quo lexit, in quo casu lex nō adstringit, cū sit quedā legis interpretatione potest dici dispensatio, & quia eī menti impressa ā Deo, ideo vocatur dispensatio diuina, & sic exponit innocentius dictum suum, scilicet quid intelligitur per reuelationem, dicens quod ille quandoq; mos interdum etiam phas censetur, vt phas referatur ad causam propter quam licuit, mos vero ad confuetudinem obtentam supposita causa, & sic pater primus, ydlicet quod ante legem & sub lege Moyis licuit habere plures uxores.

11 Quantum ad secundum, scilicet an modo sub lege euangelii possit esse licitum habere plures uxores ex dispensatione Ecclesie, tenetur cōmunitate q̄ non: quia nullus potest dispensare in statuto Christi, sed Christus inhibuit pluralitatē uxorum, ergo &c. Quod autē inhibuit pluralitatē uxorum appetit per illud quod dicitur Mat. 9. Quicunq; dimisit vxori suā nisi oī fornicationem, & aliam duxerit, nechatur. Si ergo dimissa vxore non licuerit aliam ducere, fortiori ratione non licebit aliam ducere obtenta prima: virtus autē rationis hec est, vxor dimissa non propter fornicationem, sed ex aliis causis per Christum reprobatis verē erat vxor vt prius. Si ergo licuit extunc habere plures uxores, non appetit qualiter repudians sic uxori nō posset aliam ducere, nō obstante q̄ repudia remaneat vera vxor, ergo pluralitas uxori fuit per hoc sic reprobata. De repudio autem factō ex causa fornicationis dicitur inferius. Item Christus reduxit statutum matrimonii ad modum sue primae institutionis, sed contra primam institutionem est pluralitas uxorum, quum à principio vna cōsta viri in fœminam fit conuersa & scriptura diuina restet, quod propter hoc relinquere homo patrem & matrem, & adhærebit vxori sūe, non dicit uxoribus, & erant duo in carne vna, non tres vel plures, ergo contra legem matrimonii, & vt primus fuit institutum, ad quem statutum per Christum fuit redactum, est pluralitas uxorum, & sic non licet ecclesia in hoc dispenſare, & hę rationes tanguntur extra de iuris, cap. Gaudeamus, & illud tenerit communiter.

12 Ad istas tamen rationes quidā respōdēt sic: quum enim dicitur primo q̄ Christus inhibuit pluralitatē uxorum, dicunt quod nō in omni casu: & cum dicitur q̄ imo quia inhibuit quod vxore dimissa altera non ducatur, ergo fortiori ratione, nec vxor erentia, non sequitur: quia q̄ ducitur vxore dimissa ducitur sine cōsenso vxoris legitimus & in eius p̄iūdiciū, non sic illa que ducitur de cōsenso uxoris retinet.

13 Quod vero dicitur secundo q̄ cōtra primā institutionem matrimonii est pluralitas uxorum, dicunt q̄ natura humana fuit primitus institutum nō solum quantum ad ea que sunt necessitatis, sed quantū ad illa que sunt perfectiōns, & sic matrimonii institutum fuit tunc secundum statū sūi optimū, à quo tamen si deficeret, nō propter hoc esset malum & illicitū: non enim quod deficit ab optimo est malum, et enim in bonis date bonū & melius, sicut in malo male & peius. Optimus ergo statutus matrimonii est vnu cū vna, sed nō est malus quando est vnu cū pluribus si subtili cāula, non esset ergo (y dicit) omnino contra rationē si quis diceret q̄ sicut Papa dispensat in solen ni voto cōtinente propter bonum cōmune, sicut dispensatum fuit cū quodā monacho de genere regis Aragoni vi contraheret propter defectū haedum, sic dispensare posset, vt princeps habens vxorem sterilem, de qua non posset iūcipere prolem ea viuente & cōsentiente acciperet alia: nec minus est cōtra ius naturale & diuinū non solute re votum q̄ pluralitas uxori, quia etiā vtrūq; cadat sub p̄cepto, non tamē indispensabilitate.

14 Prēdictę autē respoſtores nō videntur sufficere: prima non, quia sicut dicitur fuit supra, quanvis à principio fortē fuerit debitu, q̄ nō duceretur secunda vxor nisi de cōſenſu prime, tamē processu tēporis postq; inolevit mos habendi plures uxores, nō fuit hoc necesse propter obtentā cōſuetudinē cōtrario, nec legitur requisitus suisse con-

ſenus primē vxoris, vt duceretur secunda poſtquam lex fuit data à Domino per Moſen, & ideo aequē licuit ducere secundā vxorem nolente prima ſicut volente: propter quod cum Christus inhibuit q̄ repudiata vxore alia ducatur, nō potest dici q̄ hoc inhibuerit, quia illa ducebat sine cōſenſu vxoris legitimus, quę per repudium non definit esse vxor, & ideo no licuit, quando autem ducebatur secunda no repudiata prima, tunc ducebatur secunda de cōſenſu prime, & ſic licuit, quia ſicut dictum fuit, cō ſenus vel difſensu primā vxoris nihil faciebat ad hoc quod secunda duceretur vel nō duceretur politiā obtemperat fuit confuetudo de contrario, & lex Moſaica hoc permisit. Inhibuit ergo hoc Christus ſimul reuocata repudiū, & pluralitatē uxorum, quorū vtrūq; permittebatur in lege, ſed extunc neutrum tuit licitam.

15 Secunda etiā ratio nō videtur sufficere, quia quāuis non oporteat illud esse malū quod deficit ab optimo, tamen omne illud est malum quod deficit ab debito, pluralitas ergo uxori in antiquis patribus ante legē & ſub lege nō fuit mala, quāuis deficeret ab optimo ſtatū quo matrimonium fuit primus intitulū, vt eſet ſolum vna vnius, quia talis conditio nō debuit eſe in eorum matrimonio propter necessitudinem multitudinis generis humani que plus potest fieri cū pluribus uxoribus q̄ vna, ſed potius pluralitas talis reuocata eſt per Christū, & matrimonium redactū ad primū ſtatū vt ſit vna vnius, extunc defectus huius conditionis debitis reddit matrimonium illicitum, nō nullum, quia ſecundum ſententiam Domini est māchia vel adulteriū: nec eſt ſimile de voto cōtinentia, & de nō contrahendo cum pluribus uxoribus ſimil, quia spontanea obligatio voti cuiuscunq; hominis nō abſolute cum ab obligatiōne qua tenet ecclesia cuſus eſt membrū. Et ideo ſi vniuersalia necessitas & utilitas ecclesi requirat q̄ ille qui vout ſponte continet cōtrahat, in tali cauſa votū ſuum nō adſtrigat eum quin ad p̄ceptū Pape debeat cōtrahere, nō habere autē plures uxores eſt p̄ceptū Christi in quo nullus potest diſpēſare, cū Papa & ceteri p̄lati ſint ſolū viciari & ministrū Christi, & nō domini vel legiſlatores, ſeu mutatores legis per Christum ſedēt.

16 Ad primū arg. dicendum q̄ nō eſt ſimile de pluralitate uxori rēſpectu vnius uxoris, quia vnu virū habere plures uxores nō eſt contra principalem finem matrimonii, nec contra ſecundariū, niſi per accidentem, vt dicitur fuit, ſed pluralitas virorum rēſpectu vnius uxoris eſt contra principalem finē, qui eſt educatio prolis: quia ex hoc q̄ vna mulier habet plures maritos, ſequeretur incertitudo de prolis rēſpectu patris, cuius rāmena cura necessaria eſt in educatione prolis. Et ideo nulla lege aut cōſuetudine fuit vnuq; permissum vnuam vxorē habere plures viros, ſi cut encoſu vnu virū habere plures uxores.

17 Ad ſecundū pater ex dicitur in corpore ſolutionis.

18 Argumenta in oppoſitum probant quod habere plures uxores non eſt illicitū de ſe, ſed potius eſe licitum propter multiplicationem humani generis tempore neceſſitatis, propter paucitatem hominū adhibitiſ alii circumſtantias: eſt tamen illicitum in noua lege ex prohibiſtione Christi.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum fornicatio ſimplex sit peccatum mortale.

Thom. 2.2. q. 154. a. 2.

Secundo queritur vtrum fornicatio ſimplex sit peccatum mortale. Videtur q̄ nō, quia quod potest dari ad ſemper potest dari ad tempus, ſed mulier potest dare viro potestate corporis ſui ſimpliſtiter & ad ſemper per matrimonium, ergo potest dare quoad tempus: hoc autē eſt in ſimpli fornicatione ſoluti cum ſoluta, ergo &c.

2 Item maius peccati eſt mendaciū q̄ fornicatio ſimplex, quod pater ex hoc quodā Iudas qui fornicationē nō horruit cōmittere cum Thamar recuſauit mendaciū committere dicens: Certe mendaciū arguire nos non poterit Gen 32, ſed mendaciū non ſemper eſt peccatum mortale, ergo nec fornicatio ſimplex.

3 Item omne peccatum mortale contrariatur charitati quantum ad dilectionem dei vel proximi, ſed fornicatio

BBB non

Magistri Durandi de
non contrariatur charitati quantum ad dilectionem dei,
quia non est recte contra Deum, nec contra dilectionem
proximi, quia per hoc nulli sit prædicium, ergo fornicatio
tio simplex non est peccatum mortale.

4. Item non omnis inordinatus vius ciborum est mor-
tale peccatum, ergo nec omnis inordinatus concubitus,
quod maxime videatur de fornicatione simplici: & pro-
barur consequentia, quia quod est cibus ad salutem
corporis, hoc est conceubitus ad salutem humani gene-
ris secundum Augustinum.

5. IN Contrarium est, quia nihil excludit à regno ce-
lotum nisi peccatum mortale, sed fornicatio excludit à
regno colorum, & patet. Corin. v. bvi dicitur: Nolite er-
rare, neq; fornicari, neq; idolis seruientes, neq; adulteri,
neq; moles, &c. regnum Dei possidebunt, & Gal. quinto
vbi dicitur: Manifesta sunt opera carnis, que sunt forni-
catio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. que predico
vobis sicut prædicti, quoniam qui talia agunt regnum
Dei non conquestrantur.

6. RE S P O N S O. Advertendū est primō q; forni-
catio accipitur dupliciter. Vno modo pro omni cōcubitu
qui nō fit cū vxore legitima, & sic includit se mœchā
seu adulterium. Alio modo accipitur magis strictè, videlicet
pro solo cōcubitu quo vir nō habens vxorem accedit ad
mulierē nō habentē maritum, & si fornicatio distingui-
tur contra mœchā seu adulterium, & vocatur fornicatio
simplex: accipiendo primo modo fornicationem scilicet
pro omni concebūtū cū alia muliere quam cū vxore sua le-
gitima non est dubium quin fornicatio sit peccatum mor-
tale quantum ad mœchiam quā includit sub se, & prohibi-
etur in Exodo præcepto decalogi quo dicitur, non mœ-
chaberis, vel non adulteraberis. Puniebatur etiā in veteri
lege pena mortis vbi dicitur: Qui concubuerit cū vxore
alterius tuerque moriat mœchā & adultera. Si autem
accipitur fornicatio secundo modo pro cōcubitu quo
vir qui nō habet vxorem accedit ad mulierem nō haben-
tem maritum, dicitur fornicatio simplex, & quod est ma-
gis dubia, circa quam procedetur sic: quia primō ostendit
q; omnis fornicatio simplex est peccatum, & secundō
inquiretur an sit peccatum mortale.

7. Primum patet sic: omnis actus voluntarius qui non
ordinatur in finem debitum, vel nō ordinatur cōuenien-
ter in ipsū, est peccatum, sed fornicatio simplex est hu-
iūmodi, ergo &c. Maior patet, quia priuato debiti ordi-
natis in actu culpam inducit. Minor probatur, quia forni-
catio vel sit ad delectationem vel ordinatur ad prolem, si
sit propter delectationē nō ordinatur ad debitum finē,
cum actus nō sit propter delectationē sed delectatio pro-
pter actum, ut dictum fuit prius; si vero ordinatur ad pro-
blem minilominus nō ordinatur cōuenienter ad hunc finē
quia cū debatur proli ad paretib; educatio & instru-
& prouiso in totam vitā, requiritur q; inter parentes sit
obligatio cōmanendi simil nō solū ad horā vel ad mo-
dum tempus, sed ad multum vel ad totū, ut sicut proles
est bonum cōmune patris & matris, sic cōmuniter ei pro-
videatur ab yroque, in fornicatione aut nulla est obli-
gatio viri ad mulierem ad cōmanendum quin posint se
parari quando voluerint, ergo fornicatio non est actus
qui cōuenienter ordinatur ad prolem, & sic patet mi-
nor, sequitur ergo conclusio scilicet quod omnis forni-
catio est peccatum. Et huic atestatur, quia secundum omnē
legem proles nata est fornicatio est vituperabilis nec
legitima iudicatur, quod non esset nisi secundum omnē
legem fornicatio damnetur.

8. Quantum ad secundum viderit B. Augustinus sen-
tire q; omnis fornicatio quā faciunt qui vxores nō habēt
cū feminis que viros nō habent sit peccatum mortale,
& q; prohibetur illo præcepto decalogi non mœchaberis
dicit enim sic super Exodum, q; sicut furti nomine cū
dicitur, non furtum facies, bene intelligitur omnis illicita
ra surpatio relatiōne (non enim rapinam permisit qui
furtum prohibuit, sed vtq; à parte rotum intelligere vo-
luit quicquid illicitē rerum proximi auferatur) sic profe-
ctō nomine mœchā omnis illicitus cōcubitus atq; illorū
membrorum nō legitimus vius prohibitus debet intelli-
gi. Hęc sunt verba Aug. que recitantur in decretis. 22; cau-
sa. q. 3, omnis mœchia: constat autem quod mœchia est

Sancto Porciiano

peccatum mortale, ergo & omnis fornicatio q; nomine
mœchā intelligitur, sicut nomine furti omnis omnis illicita vius
patrio rei aliena.

9. Non contradicendo conclusioni potest dici q; simi-
litudo quā inducit beatus Aug. nō bene procedit: quan-
uis enim prohibitione minoris mali recte intelligatur
prohibiti majoris, & ideo in prohibitione furti recte in-
telligitur rapina prohibita, q; grauor eius q; furtum, ta-
men in prohibitione majoris mali non oportet q; prohibi-
teat iniquus malum, cum ergo mœchia sit maius mala
& simplex fornicatio, non oportet q; in prohibitione mœ-
chā (cum dicitur nō mœchaberis) intelligatur prohibi-
ta simplex fornicatio.

10. Potest ergo aliter dici q; fornicatio simplex vel est
vagus cōcubitus ad meretricem omnibus expofitam, vel
est ad concubinam determinatē reterentam. Si vel vagus cō-
cubitus, tunc est prohibita iure diuinum vet. & no. ret. Di-
citur enim Deut. 22. Non erit meretrix de filiis Israel,
neḡ scorrator filii Israel. vbi dicit glo. Aug. Ad mere-
trices accedere prohibet Dominus, quā publicē ven-
tis turpitudē est, quāquis quidā libri corrupti habeant
venialē vel turpitudē. In no. autem test. propter illud quod
allegatum est in arguendo, dicitur Thess. 4. Scitis enim
quaē p̄cepta dederim vobis per dominum Iesum, hęc est
enim voluntas Dei fanstificatio vestra, ut abstineatis vos
a fornicatione. & Ephe. 5. Omnis fornicator aut immi-
nus, aut auarus non habebit hereditatem in regno Chri-
sti & Dei. & in quamplurimis alīs locis facit scriptura
dicuntur similia, in quibus condemnatur non solū vagus
cōcubitus, sed omnis fornicatio, quāvis in autoritā-
tē Deut. non prohibeatur nisi vagus cōcubitus, & nō
cōcubinatus, quod fortē pro tanto tuit, quia cum sub le-
ge liceret repudiare vxorem, matrimonium pro tunc, &
in casu repudii videbatur simile cōcubinatus, quia sicut
liceret cōcubinam dimittere pro yolatāre, sic licebat vxo-
rem dimittere ex causis in libello repudiūt cōrentis secun-
dum vnam opinionem, ut postea patet. Nihilominus
potest cōcubinatum fuisse illicitē in veteri lege. Nec ubi-
stat q; antiqui patres dicuntur habuisse cōcubinas, quia
non vocat cōcubinam, eo q; nō essent matrimonio iun-
cti, vt nunc loquimur, sed quia non erāt quē principes
in regendo domū vt aliae, eo quod erant ancillæ princi-
palium vxorum, & sic Agar & Cetura dicitur sunt cō-
cubinæ Abrahæ. Et Bala & Zelpha ancillæ Rachel & Lé di-
cta sunt cōcubinæ Iacob, quāvis essent legitime vxo-
res. Item patet terro ex approbatione iuri positū: dic-
tus enim. 22. q. 1. ca. vlt. p̄dūcāndū. nosse debent talem
de peririo p̄nitētiā imponi debere, qualem de adul-
terio, de fornicatione, de homicidio voluntarie commis-
so, & ceteris criminalibus vitis, vbi cōmūnerat forni-
cationem cum ceteris quās sunt peccata mortalia: paretis
tur q; fornicatio simplex est peccatum mortale, quia con-
tra ius diuinum & humānū. Quod autem dicit quidam
quod est peccatum mortale de se, excludit omni lege pos-
itua diuina & humana, nō bene intelligo, quia peccatum
mortale dicitur ex eo, quia meretur morte temporali
vel eternā, fornicatio autem simplex non meretur mor-
tem temporalem secundum legem naturalem, quia lex na-
turalis nihil dicit nec nominat aliiquid de morte eterna:
& ideo q; fornicatio simplex est peccatum mortale, hoc pro-
cedit ex iure diuino in pluribus locis expressio. Nec ob-
stat quod dicit glo. beati Amb. super illud Tim. 2. Piatas
ad omnia utilis est. Omnis summa disciplina Christianæ
est in pietate & misericordia, quam aliquis sequens si lu-
bricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non peri-
bit. hoc enim non est intelligendū q; per opera pietatis li-
beretur à perditione eterna ille qui lubricum carnis pa-
titur, si in eo perseveret vltq; ad mortem, sed quia per hu-
iūmodi opera disponitur ad hoc quod gratiam cōsequa-
tur per quā p̄nitētiā, & per huiūmodi opera satisfaciā
de lubrico carnis commissio.

11. Ad primum arg. dicendum quod illud quod datur
simpliciter potest dari ad tempus, vbi natura rei hoc pa-
titur: sic autem non est in proposito, quia corpus conid-
git quod datur in cōcubitu si recte detur datur propter
prolem, ad quā nō cōuenienter ordinatur si detur ad ho-
ram, vel ad modicum tempus, sed oportet esse obligatio-
nem

Lib. IIII. Distinctio. XXXIII.

nem inter virum & mulierem cōmanēdū simūl propter
prolem nō solum generandam, sed etiam educandam.

12 Ad secundum argū dicendum q̄ aliquis quandoq; horret magis peccatū veniale quām mortale propter māius incitamentū quod habet ad vnum quām ad alterū: & sic iudas mendacium horruit, fornicationem non vi-
tans, quām illud mendacium fūsset pernicioſum, tan-
quām habens annexam iniuriam si promissum non redi-
dīſſet, maxime si arrha quam dedit non fuit aquiu-
lens p̄tio quod promisit.

13 Ad tertium dicendum q̄ fornicatio est contra dilec-
tionem Dei in quantum prohibetur p̄cepto diuino in
veteri & nouo testamento, vt dicitur est.

14 Ad quartū dicendum q̄ sumptu cibi quantū est de-
se nō est in alterius pr̄aejudicium quām sumenris, sed con-
cupis̄ fornicarius est in p̄ejudicium prolis, & nihil omi-
nis si cibis qui ordinatur ad salutē corporis scienter fu-
meretur in detrimentū sanitatis, est peccatum mortale,
sicut fornicatio quāe est in detrimentū prolis.

Q Y A S T I O T E R T I A .

Vtrum in veteri lege licitum fuerit viro
vxorem repudiare.

Tertio quæritur de libello repudiū, vtrum in veteri le-
ge licitum fuerit viro vxorem repudiare. Et videtur
q̄. Quia illud est licitum quod est secundum legē, sed
repudiare vxorem erat secundum legē, ergo &c. Maior
pater, quia vt dicitur Rom. 7. Lex quidem sancta, & man-
darum sanctū & iustum & bonū, & ideo licite sit quod
secundum legē sit. Minor pater per illud quod dicitur
Deute. 24. Si acceperit homo vxorem, & nō inuenierit gra-
tiam ante oculos eius propter aliquam fideitatem, scri-
bet libellum repudiū, & dabit in manū illius, & dimittet
eā. & Mala. 2. Q̄ uum odit habueris eam dimitte, dicit
dominus Deus Israēl, quare &c.

Itē Chrysostomus dicit super Mat. quod sicut Apo-
stoli permiserunt secundas nuptias, ita Moysēs permisit
libellū repudiū, sed secundā nuptiā sunt licita, vt patet
per Apost. Rom. 7. & i. Cor. 7. ergo dare libellum repudiū
fuit licitum tempore Moysi.

3 IN Contrarium arguitur sic: quia nunquam fuit li-
citum vxori repudiare virū, ergo nunquam fuit licitum
virō repudiare vxorem. Consequenter patet, quia vir &
vxor ad paria iudicantur.

4 Item duritia cordis nunquam excusat aliquem à pec-
cato, sed libellū repudiū fuit concessus iudæis ad dur-
itiam cordis, vt dicitur Mat. 19. ergo non excusat eos à
peccato.

5 R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est,
an sub lege Moysi licitum fuerit viro vxorem repudiare. Se-
cundum est, virum licuerit repudiātū reconciliare.

6 Quantum ad primum est duplex opinio. Vna quod
illi qui iub lege vxorem repudiabāt excepta causa forni-
cationis non excusatabantur a peccato, quānus non incur-
rent aliquam penā legis. Et sic dicitur repudiū in le-
ge permisum fuisse nō tanq; licitum, sed quia non punie-
batur: permittitur enim (vt isti dicunt) aliquid quatuor
modis. Vno modo permittitur aliquid quia oppositū nō
principit, & sic ab Apost. permittitur matrimonii. i. Co-
rinth. 7. quia virginitas nō principit. & hoc modo per-
misio est de minori bono. Secundo modo permittitur
aliquid, quia nō prohibetur præceptorū, & sic permittitur
minorā mala, vt peccata venialia. Tertiū modo per-
mittitur quicquid nō impeditur, & sic deus permittit om-
nia mala fieri. Quartū modo permittitur aliquid quādo
nō punitur, & sic permisum fuit in veteri lege repudiū
vxoris nō propter aliquod bonum maius consequendū,
sicut permisa fuit pluralitas vxorum, sed propter maius
malum vitandiū (scilicet vxoricidū) ad quod iudæi pro-
pri erant propter corruptionem irascibilis: sicut & permis-
sum fuit eis fecerari extraneis propter corruptionē con-
cupiscentiis, ne fratribus suis fecerantur.

7 Alia opinio est, quod quānus repudiare vxorem fit
malum ab solutē, pro eo q̄ indiuisibilitas annexa est mar-
rimonio, tamē ex permissione diuina licitum fuit in le-
ge veteri: & hoc confirmatur duabus rationibus, & vna
autoritate. Prima ratio talis est: Lex vetus licet gratiam

Quæſtio III.

378

non conferret, tamen ad hoc data fuit vt peccatum oīten-
deret: per legē enim est cognitio peccati, vt dicitur Rō. 3.
Si ergo repudiare vxorem peccatum fūsset, hoc eis insi-
nuatum fūsset per legem aut Prophetas, alias videretur
minus effe neglectū, si ea quāe sunt necessaria ad salutem
& Propheta quod repudium effe peccatum, ergo &c.
Secunda ratio talis est: Lex obseruata supposita gratia
merebatur vitam æternam, sed lex poterat obseruari a re-
pudiatisbus vxorem, cum lex nō prohiberet, sed permitte-
ret, ergo repudium non erat peccatum prohibens vitā
æternā meritum. Ad idem est autoritas Chrys. dicentis,
q̄ a peccato abstulit culpam quando permisit repudium.
Hæc autē opinio videtur probabilior, licet p̄cedens sit
communior. & sic patet primum.

8 Quantum ad secundum aliter est dicendum secun-
dum primam opinionem, & aliter secundum secundam,
quia secundum primam opinionem dicitur sic: quod per
repudium, cum esset illicitum non soluebatur matrimo-
nium, & ideo nō licet vxori repudiare accipere aliū
virum, cum nunquam licuerit vni vxori habere plures vi-
ros simul, propter quod postquam vxor primo repudiata
cum alio de facto contraxerat, cum non posset de iure,
non poterat recōciliari propter commissum adulterium,
sed antequam contraxisset reconciliari poterat. Sed hæc
causa nō videtur multum efficax, quia in potestate inno-
centis est reconciliare nocentem, nisi lex prohibeat, cuius
prohibitionis causa queritur, nec assignatur. Secundum
vero alteram opinionem, cum per repudium solueretur
matrimonium, licitum erat vxori repudiare ducere aliū
virum: postquam ergo eum duxerat non poterat reuoca-
ri ad primum, cum secundus esset vir eius legitimus, sed
ante reuocari poterat, cum nullum est impedimentum re-
uerēdi ad primum, & istud est rationabilius dictum, nō
tamē omnino sufficienter, quia secundum textum Deut.
mulier repudiata postquam duxerat aliū virum, si ab eo
repudiabatur, vel si vir secundus moriebatur, non poter-
at reconciliari primo viro, & tamen in vtroq; casu mu-
lier erat soluta à lege secundi viri, vnde ad istos casus nō
excedit se ratio p̄dicta: lex tamen potuit eam facere il-
legitimam vel ineptam ad contrahendū seu redeundū
ad primum virum ex causa in Deut. contenta, sicut eccl
sia fecit multis personas illegitimas ad contrahendū ex
causis de quibus ei rationabiliter vñsum fuit.

9 Quidam vero dicunt quod nec ante nec post recon-
ciliari poterat in penam viri repudiantis, vt vir non de
facili repudiaret, quia nullo modo recuperare potuerit.
Sed istud non bene concordat scripture, quæ non dicit
vxorem repudiātū non posse reconciliari, nisi postquam
acepisset virum alterum, vt patet Deut. 24. & Hier. 5. Se-
cundum primam opinionem respondendum est ad duo
prima argumenta.

10 Ad primum q̄ illud est licitum quod est secundum
legem nō solum permittente, sed etiam approbante:
multa enim permittit lex quæ non sunt licita ad vitandum
maiorā mala, & sic repudiātū vxoris fuit secundum legem
veterem permisum ad vitandum maius malum, scilicet
vxoricidū, sed non fuit approbatum.

11 Ad secundum dicendum est quod similitudo illa nō
est attendenda quantum ad omnia, sed solum quantum
ad hoc quod sicut secundā nuptiā permittuntur propter
vitandā turpitudinem fornicationis, sic repudiū per-
mittebatur ad vitandum vxoricidū, quod est grauius
peccatum.

12 Secundum secundam opinionem responderi po-
test ad argumenta secundā partis: cum enim primo dici-
tur quod mulieri nunquam licuit repudiare virum, dicen-
dum est quod non est simile de viro & muliere, quia non
est adeo timendum viro q̄ occidatur ab vxore sicut vxo-
ri quod occidatur à viro, ob quam cauſam repudiū dicitur
fuisse conceſsum in lege euangelica, vbi patet con-
ditio viri & mulieris in hoc cauſa.

13 Quod postea dicitur q̄ duritia nō excusat à peccate,
verum est, tamen permisio diuina propter duritiam
facta bene excusat: aliquid enim bene permittitur in-
firmis, quod non permittitur sanis, nec tamen peccarent
infirmi vtentes permissione sibi facta.